

1726, 18

505

39

FACVLTATIS JVRIDICÆ
DECANVS,
JO. PHILIPPVS

Streit, JC TVS,

EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS
MOGVNTINI CONSILIARIVS
REGIMINIS.

L. B. S.

actione familiæ Remissandæ.

ERFORDIÆ,

TYPIS GROSCHIANIS, Acad. Typogr.



Um communio soleat excita-
re discordias & rixas, ut di-
cit Jctus Papinianus in L.
cum pater 77. §. 20. ff. de
Legat. 2. & naturale fit vi-
tium, ut id, quod possidetur
communiter, ferè negligatur. L. 2. Cod. Quan-
do & quibus quarta pars debetur. lib. 10. Brun-
nem. ibid. n. 5. nemo etiam invitus in commu-
nione detineri debeat. L. ult. Cod. commun. di-
vid. idque eò minus, quò major injuria repu-
tetur ei, qui de rebus suis aliquid invitus facere
cogitur. L. dudum 14. Cod. de contrah. empt. et-
iam in re, quam quis cum alio communem
habet. L. 1. Cod. de commun. rer. alienat. L. an-
te divisionem ib. Cod. de jur. dot. Cui tamen
non aliter quam per divisionem expressam vel
tacitam subveniri potest, quæ sola communio
nem dissolvit. L. pen. Cod. commun. divid. L. di-
visionis 45. de part. Anton. Faber in Cod. lib. 7.
tit. 1. def. 10. n. 2. Carpz. part. 3. confit 15. def.
43. etiam inter coheredes majorenes & mi-

no-

508

norennes, si enim coheres major ad divisionem
provocet, hæc inter eum & minorennes abs-
que alia etiam causa, & decreto Magistratus fie-
ri potest, per L. pen Cod. de præd. minor. Anton.
Faber in Cod. lib. 4. tit. 27. def. II. n. 1. Et in
hunc finem coheredibus volentibus à commu-
nione discedere, necessarium videbatur, ali-
quam actionem constitui, quâ inter eos res hæ-
reditariæ distribuerentur. L. I. ff. famil. ericun.
quæ appellatur *familia ericunde*, seu heredita-
tis dividendæ, per quam dividitur hereditas, si-
ve ex testamento sive ab intestato, sive ex lege
duodecim tabularum, sive ex aliqua lege defi-
natur, vel ex Senatus Consulto, vel etiam con-
stitutione, inquit Ulpianus L. 2. d. t. estque hæc
actio antiquissima, descendit enim ex lege duo-
decim tabularum. d. L. I. in pr. Quamvis ob-
summam necessitatem divisionis ipsi juri genti-
um quoque adscribi possit. Colleg. Argen-
tor. ad d. t. n. 2. & datur coheredi contra co-
heredem, ut res hereditariæ, ante non divisæ,
& naturâ suâ divisibiles, prout rerum fert natu-
ra & conditio vel æqualiter ab intestato, vel se-
cundum testatoris mentem, ex testamento et-
iam inæqualiter dividantur, & præstationes

(2

per-

personales prætentur. Contra possidentem ve-
rò rem titulo singulari non datur. L. 25. §. quod
pro emptore ff. d. t. Nomina etiam, seu debita, &
credita, in hanc actionem non veniunt, quia
hæc jam per L. 12. tab. sunt divisa. L. 6. Cod.
eod. scilicet, ut quilibet pro ea parte, pro qua
heres est, debita & solvat, & exigat. Quamvis
autem dividantur, id est assignentur, ut unus
hæc exigat vel illa solvat; per hoc tamen credi-
toribus non præjudicatur, qui non obstante ta-
li assignatione, quælibet pro portione heredi-
tariæ convenire possunt. L. licet. 23. Cod. eod.
Non autem nisi semel familiæ erciscundæ judi-
cio agi potest, per id enim petitur hereditatis di-
visio, quæ divisione factâ, non est amplius here-
ditas, sed potest manere indivisa res communis
singularis, unde judicio dividendo postea agen-
dum erit. L. 20. §. *familiae d. t.* Mixtam esse
hanc actionem, seu partim realem, & partim
personalem defendunt plurimi. Personalem es-
se dicunt, quatenus oritur ex quasi contractu,
in quantum nempe præstations fructuum,
damni, lucri, & expensarum continet, quæ utrin-
que pro æquis partibus communicari natura
exigit tacitæ conventionis §. 3. *inst. de obligati-*
que

qua ex quasi contract. Realem esse, quatenus per eam nobis rem nostram adjudicari, & ab eo petimus, qui nobis nullo jure eatenus, hoc est, ad divisionem faciendam est obligatus, quod utrumque est actionis in rem. *L. actionum 25:ff. de action. & obligat.* Causam proximam hujus actionis, quatenus personalis est, esse dicunt obligationem, causam remotam quasi contractum. Quatenus est realis, causam proximam esse dominium pro indiviso, causam remotam esse titulum cum traditione. Alii defendunt, quod actio familiae eriscundae non sit partim realis, partim personalis, in hac enim actione dicunt, non deducitur in controversiam jus in re, nec unus movet alteri questionem dominii. arg. *L. i. famil. erisc.* ergo nullo modo est realis, quia in hac jus in re, sive dominium necessario venit in disceptationem & controversiam. arg. *S. i. inst. de act.* Deinde actio ista perpetuo datur adversus eundem, puta coheredem, ergo signum est, quod sit merissimè personalis, quia actiones reales suapte indole dantur adversus quemcunque possessorem. Adhæc, si actio ista foret ex parte realis, tunc ideo, quia rem nostram eadem petimus; at iners est hæc ratio:

oup

(3)

507.

ratio: nam etiam actione commodati, depositi, ac id genus aliis rem nostram petimus, nec tamen sequitur, esse ex parte reales: ergo ex eo, quod memorata actione petamus id, quod nostrum est, non sequitur, esse ex parte personalis. Porrò in dict. L. 2. habetur, quod arrogatus, si quartam petat, hæc veniat in utile judicium familiæ erciscundæ. Quod etiam super militis filiifamilias peculio castrensi detur hoc judicium; & quod in eo unusquisque heredum & rei & actoris partes sustineat. Sed quid, si plures sint, quam duo coheredes, an hoc judicium inter omnes esse debeat, vel inter pauciores esse possit? Ex cathedra, insimul dict. L. per familie 2. ff. famil. ercisc. explanabit, quam pro lectione cursoria elegit

NOBILIS ET CLARISSIMVS

DN. GEORGIVS ANDREAS
JOACHIMVS,

Jurium Candidatus eximius,
Natus Lipsiæ die 28. Januarii Anno M DCC.
Patre GEORGIO JOACHIMO, Cive Lipsiensi, Ma-
tre CHRISTINA, natâ ex gente GEHRIANA. Ab
ineunte ætate fidei & disciplinæ Præceptoris
JOANNIS JACOBI GERMINI commendatus fuit, à
quo

quo principia & christianismi & bonarum ar-
tium edocetus, à parentibus anno M DCC XII.
in Lycaum Provinciale Electorale, quod Grim-
mæ floret, missus fuit, ubi sub informatione
fidelissimæ virorum doctissimorum M. ERMELII,
Rectoris, M. SCHVMACHERI, Con-Rectoris, M.
EGENOLFFI, Collegæ tertii, & JACOBI, Cantoris
per quinquennium, & quod excurrit, usque ad
annum M DCC XVII. commoratus, & studiis
inferioribus absolutis, in patriam reversus, col-
legia Philosophica d. ANDREÆ RIDIGERI, ut &
viri Consultissimi d. AVGUSTI FRIDERICI MÜL-
LERI, juridica verò d. PHILIPPI, *Facultatis Juridice Senioris*, & d. JOANNIS FRIDERICI OLEARII,
Cod. Prof. Publ. & Facultatis Juridice Assessoris,
d. JOANNIS CHRISTOPHORI SCHACHERI, *Cod.*
Prof. Publ. cur. suprem. Elect. & Duc. Faculta-
tisque Juridicæ Assessoris frequentavit. Tan-
dem ad suam instantiam anno M DCC XX.
prævio examine pro praxi à Facultate Witteber-
gensi, ad orandas in foro causas admissus, eo-
demque anno à summo Regimine Princ. Sax.
prævio elaborato specimine, & præstito jura-
mento, in numerum Advocatorum receptus
fuit, & hactenus tamen tractationi causarum in
foro,

foro, quām lectioni collegiorum Theoretico-
rum & practicorum operam dedit. Nunc ad
summos in utroque jure honores consequen-
dos contendit. Laudabile hoc desiderium Fa-
cultati nostrae per literas decenter exposuit, ut
ergo voti sui compos fieret, transmisimus non
solum textus ex utroque jure elaborandos, sed
& terminum examini præfinivimus, in quo
præfatos textus memoriter tam exactè resolvit
& enodavit, nec non ad quæstiones propositas
tam doctè & solidè respondit, ut non solum ad
ulteriora specimina edenda admissus, sed & gra-
du Doctorali dignissimus, unanimi judicio &
ore, judicatus sit, quare cras horā nonà matutinā,
dict. L. per familiae 2. ff. famil. exercit. in Au-
ditorio Jurisconsultorum majori cursoriè expla-
nabit, eaque explanatione absolutâ, Disputatio-
nem inauguralem DE RECONVENTIONE habe-
bit. Quibus actibus, ut Magnificus Dn. Re-
ctor, Domini Proceres & Cives Academicci fre-
quentes interesse velint, decenter rogantur, in-
vitantur. Publicatum sub Sigillo Facultatis Ju-
ridicæ ii, Augusti M DCC XXVI.
(L. S.)


Erfurt, Diss., 1725-26

ULB Halle
005 367 786

3



vD18



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



1726, 18

505
39

FACVLTATIS JVRIDICÆ
DECANVS,
JO. PHILIPPVS
Streit, JC TVS,
EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS
MOGVNTINI CONSILIARIVS
REGIMINIS.

L. B. S.

actime familie hermanni de

ERRORDIAE,

TYPIS GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

2

